

Reformatorem è vitâ deturbare decernerent. Sed omnia suc-  
 cessu irrito. Quem etenim divina tegit Providentia, num illi  
 humana vafrties quicquam inferat nocimenti? Dum enim Pa-  
 picolæ omnes irarum fluctus in ipsum Autorem evomere neque-  
 unt, in rabiem converti Divi Lutheri libros, qui ambrosium ani-  
 marum pabulum, omnisq; virtutis medullam continebant, Vul-  
 cano damnatos, in Coloniensi & Lovaniensi Academiâ in fu-  
 sum ac cinerem convertebant. De hâc librorum suorum com-  
 bustione cum certior factus Lutherus, non imminuta fuit animi  
 generosi fiducia, qui par pari reponendo coram multitudine  
Academicâ VVittebergæ collectâ, magnâ Doctorum hominum  
 ceterâ stipatus, jus Pontificium & cum eo nuper evulgatum  
 Pontificis decretum vicissatim flammis abolebat, & postridie  
 verbi divini: aperiens oracula, singulos, qui suæ saluti consulere  
 vellent, ut à jugo Pontificio colla subtraherent, intrepidè com-  
 monebat. Hæc dissidia cùm magis magisq; serperent, Poten-  
 tissimum Imperatorem Carolum Quintum impellebant, ut Do-  
 storem Lutherum VVormatiam evocaret, qui impetrato salvo  
 conductu Cæsareo nullis amicorum admonitionibus defatiga-  
 tus, multisve inimicorum minis deterritus, VVormatiam cogi-  
 tabat, summa animi fortitudine pronuncians: Se ad Cæsarem  
 iter facturum, suamq; doctrinam confessurum, si Diabolorum  
 turmæ vel civitatis regulas exæqvarent. Divina itaq; miseri-  
 cordia tutus, die altero post Misericordias Domini urbis ingre-  
 ditur mœnia, ingressus à D. Eccio Jureconsulto, Cæsareæ Ma-  
 jestatis nomine rogatur, num libros præsentes suos profiteatur;  
 qui titulis pellestis hanc autoritatem non defugiebat; Instabat  
 ulterius Cæsareus Orator: An Palinodiam, è Luthero qværens,  
 canturus esset. Sed ipse magno responsabat animo; Nisi è Pro-  
 pheticis ac Apostolicis scriptis convelleretur, sc nec doctrinam,  
 nec verba, nec mentem mutaturum esse. Hoc tandem conclu-  
 dens epiphonemate: Hic ego consisto, cedere neq;eo, DEUS  
 mihi misello opituletur. Paulò post Cæsar invictus, qui tum  
 ætatis annum vigesimum primum excesserat, die 8. Maii publi-  
 co de-